

Iussu demum irruerunt
Primos hastis deiecerunt
Conducunt in Copie
Hostes paulo concedendo
Seq; nimis comprimendo
Has ferre non poterant
Signum fuge prestiterunt
Intra sese miscuerunt
Et vertebant acies
Quod cum nostri perceperunt
Cum tumultu proruerunt
Omnes passim ordines
Stragem magnam ediderunt
Et horrendum præbuerunt
Quis ipsis spectaculum
Sed ne ducem Constantinum
Ianussium Sampolinum
Et clarum Georgium
Nec Poloniam iuventutem
Artem vires & virtutem
Conductorum militum
Nec Volnenses Samagittas
Nec Lithuanos atq; Scythas
Distingamus laudibus
Suum omnes cum decore
Cum virtute cum seruire
Fecerunt officium



Am. qu. 3191

Hostes ferro fugientes
Seque ferel collidentes
Cadebant innumeri

Pars in aquis mergebatur
Pars per solum sternebatur
Octo miliaribus

Tantum erat submersorum
Tantum erat occisorum
Per campos & nemora

Quod potare reuertentes
Sunt coacti sicientes
Quasi merum sanguinem

Captus summus imperator
Captus pacis impugnator
Principis Ephesio

Signa belli sunt recepta
Castra cuncta sunt direpta
Et immesa spolia

Quisquis erat celebratus
Prima fronte collocatus
Captus est vel periit

Omnes prope mancipati
Vulnerati trucidati
Et duces et proceres

Illi tantum aufugerunt
Quos ut viles locauerunt
Structores in ultimis

Cesa tamen retulerunt
Qui post campum Lustraverunt
Ad triginta millia
Dux Moskorum tunc cenabat
Letus certam expectabat
In horas victoriam
Sed cum vidit cruentatum
Hunc qui venit nuntiatum
Tantam cladem omnium
Lancem mensa deturbavit
Huc & illuc cursitavit
Siliis Limphatico
Vicos arcis perlustrabat
Proditores confortabat
Incepto proposito
Scire nimis cupiebat
Summam rerum sed timebat
Tumultum domesticum
Quare nocte consequenti
Nulli celsit fugienti
Currendo Moskouiam
En qui nuper contemnebat
Vires tuas & credebat
Se potiri singulis
Qui pacem respuebat
Iuramentum infringebat
Suslatus tot gentibus

Sermones in hoc libro.

De ioh. et fol. 45

De Lberto. fo. 90

De riano. fo. 92

De cellao fo. 100

De mudo rege. 102

De mmo Confess. 103

De s. Ladislao Rege. 105

De s. Gerardo T. Genet. 107

De s. Maria Regin. 108

De Transfiguratione. 109

De Stephano Rege. 110

De s. Gerardo. 119

De s. Demetrio. 121

De s. Emmerio. 122

De s. Hedwig. 127

De s. Florian. Trans. 131

Iamq; palam predicebat

Alexandrum promittebat

Se fore Macedonem

Quantum casum quantam cedem

Quantum damnum in mercedem

Accepit superbie

Tu cum Vilnam redixisti

In triumphum produxisti

Captiuos primarios

Quos per currus disinxisti

Omnes omniprabuisti

Inspectandos populo

Qui cum vidit catenatos

Compeditos & sagatos

Tot duces & proceres

Quisq; gaudens lachrimauit

Tecq; sue salutauit

Redemptorem patrie

Æra templis resonabant

Letos hymnos decantabant

Verendi sacricole

Aderant & vicinorum

Tunc legati, sed ipsorum

Rumpebantur illa

Nunc quid primum amplectemur

Quid in tanta plus miremur

Oblata victoria